

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 14. De peccato simoniæ specialiter, prout committitur in re causaliter
spirituali,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

dam commode vnam personam talis status. De quo Suarez num. 14.

194.

Dubium autem hic oritur. An cum expletur est numerus personarum religiosarum, quae ali possunt ex annuis redditibus monasterij, possit aliqua sufficienter ditate, cum sua dote supra illum numerum admitti. Ratio dubitandi est: quod in cap. vnico §. primo De statu regularium in sexto, & in Concilio Trident. sess. 25. cap. 3. Deregularibus, prohibetur ne ad monasteria plures moniales admittantur, quam possint ex redditibus eorum sustentari. In contrarium vero est communis consuetudo, optima legum interpres: quam D. Thom. loco citato approbavit. Vnde memorati canones intelligendi sunt prohibere, ne quando plures foeminas monasteriorum alere non posset, quam in eo iam sint, non admittantur aliae sine dote, expensis monasterij alenda: ita Nauar. (*cui Suarez consentit in seq. num. 17.*) in tract. de redditibus Eccles. quest. prima motione 62, vbi plenius ea de agit.

195.

Dubium aliud hic occurrit: quid dicendum sit, si quis seruat Religiosis, ob promissionem sibi factam de eo admittendo post aliquod tempus. Ad quod Rosella verbo Simonia §. num. 2. responderet simoniam esse. Sylvestri vero in cit. quest. 15. dicto 5. id negat. Distinctio autem extenduntur et. Nam si loco stipendi promittatur, vel concedatur ingressus, aperte simonia est: si vero gratis inseruunt, ut probetur, vel ut seruens alliciat Religiosos ad se facilis vel ciuitus admittendum, non est simonia: quia tale seruitum non habet rationem pretij, sed portius liberalis donationis. Quia ratione censerit quoque posse non esse simoniā, si religio soluat debita alicuius, ut eam ingrediatur; vel si obstringat se parentes ipsius alere; vel aliud offerat, ea tantum intentione ut alliciat animus ipsius ad amplectendam religionem: quod non esse illicitum habetur ex D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 3. ad 4.

196.

An autem simonia committatur si quis aliquid det alicui, ut ei sua intercessione ingressum in aliquam religionem imperet, intelligit satis per explicationem dubij quod in fine seq. cap. proponetur: cum par sit ratio intercessionis facta pro obtinendo ingressu religionis, & facta pro ordine, aut beneficio Ecclesiastico obtinendo. Monet dubitationem Sylvestri. in ead. quest. 15. dicto 7. An sit simonia, quod quis in ingressu alicuius sodalitatis, ex statuto promittit se quotannis aliquid daturum. Recepit que responderet non esse: quia talis sodalitas non est Religio, sed tantum plurim congregatio ad benefaciendum: in qua laudabile est aliquid imponi pro eleemosynis, vel expensis cereorum, & aliarum rerum quae facienda sunt, cum sodales conueniunt ad tractandum de salute animaꝝ sua. Ita ille.

CAPUT XIV.

De peccato simoniae, specialiter prout committitur in re causaliter spirituali.

SUMMARIUM.

197 Quando simonia committatur acceptance pecuniae pro Sacramentis aut sacramentalibus.

198 Simonia in ordine quod ad ordinantem.

199 Eadem quo ad ordinatum.

200 Item quo ad ministros ordinantis.

201 Quando simoniacum sit vel non sit id, quod post collationem ordinis datur.

202 Quando simoniacum sit dare Episcopo pecuniam, ne aliquem ordinet.

203 Quando dare ianitorum pro accessu ad ordinationem.

204 Quando dare intercessori ad impetrandum ordinationem.

197.

IN numero rerum causaliter spiritualium ponuntur Sacra menta & Sacramentalia: quae sunt benedictiones quædam, vel confectiones factæ ab Ecclesia. Pro quibus ratione sui, certum est nihil pecunia estimabile accipi posse, sine labore simoniae. Dico (*ratione sui*) eo quod ratione laudabilis consuetudinis in sustentationem ministri a quo

conferuntur, aliquid tanquam elemosyna, aut oblatione accipi potest, iuxta tradita in præced. num. 134 & seq. Nec refert, quod in matrimonio detur dos: non enim datur pro matrimonio vt Sacramentum est, sed vt est contractus quidam ciuilis, quo vir obligat se ad vxorem alienam, & onera matrimonij sustinenda. De singulis in particulari (*de quib. Syl. in verbo Simonia quest. 8. & plenus præsertim pro speculatione, Suarez in cap. 10. & 11. eiusdem lib. 4.*) sufficit pro praxi nonnulla circa Sacramentum Ordinis annotasse: quod persona, quæ concutunt ad illius collationem: suntque ordinatus Ordinandus, & ordinatus minister: nimirum examinator promouendorum ad ordines, & notarios qui scribit promouendos vel eos vocat, quiq; scribit literas testimoniales Ordinis accepit, quemadmodum loco citato, dicto quinto Sylvestri habet.

Quoad ordinatorem igitur notandum est, Episcopum non posse absque labore simoniae aliquid temporale recipere pro collatione Ordinis, ex cap. Quidquid, i. quest. 1. & ex cap. i. De simonia & ex Extraug. i. communis, codem tit. & ex Concil. Trident. sess. 21. cap. 1. in decreto de reformatione: ex quo habetur id procedere in collatione quorumcumque Ordinum, etiam tonsura Clericalis. Quamquam tamen post ipsum collationem Ordinis, liberaliter ac sponte, & non in compensationem oblatum, recipi potest: dummodo absit scandalum, ex cap. Sicut Episcopum, i. quest. 2. & ex cap. Dilectus 2. §. finali De simonia.

Quoad ordinandum vero, notandum est simoniā committere rogando Beneficiarium, ut suum beneficium resignet in ipsius favorem, quo ordinari possit beneficij titulum, interea facta conventione, quod denovo in favorem ipsius idipsum beneficium resignabit. Item rogando patronum, ut presentet ipsum ad beneficium, ad cuius titulum ordinari possit, facta similiter conventione, quod illud denovo resignabit in favorem eius quem volerit ipse patronus. Et quamvis virtus hæc simonia conventionalis, si in beneficio: perinde ramenta ac si commissa esset in ordine, ob eam incurritur suspensio in ordine per cap. Nemini, & cap. Sanctorum distinct. 70. & cap. Cum secundum, De præbendis: in quibus talis suspensio imponitur ei qui factos ordines suscipit ab illo titulo beneficij, vel alterius quod pacifice possellum, ad vicuum sibi honeste sufficiat. Quam postquam Concilium Trident. innovat in sess. 21. cap. 2. De reform. ea de re amplius statutum tradens. Titulus autem factus, qualis est in duobus propositis casibus, pro nullo habetur.

Simoniā quoque se commitit qui ab Episcopo ordinatur sine titulo facta conventione de non petendo ab ipso aliquid in propriam sustentationem. Cum enim inter communis Episcopus Clericum pauperem ordinans sine titulo, teneatur ei prouidere honesta sustentatione per citatum cap. Cum secundum: sane sunoniacā erit dicta conventione, tanquam ea in qua onus pecunia estimabile relaxatur pro habenda re spirituali; indeque ordinator per triennium & ordinatus in perpetuum suspenditur suspensione Sedi Apostolicae referuata, per cap. Si quis, De simonia. Vbi etiam idem statuitur de eo qui ad ordines presentatus est ab aliquo, facta conventione de non petendo ab eo aliquid pro sua sustentatione. Cum qua fallacia, coincidit illa nimis frequens, quia parentes pauperiores filio facte constituant patrimonium sufficiens ad sustentationem, confecto publico instrumento: quod antequam eidem filio tradatur, aliud conficitur per quod tali constitutione ille renuntiat: ita ut ordinetur ad titulum patrimonij factum.

Adde etiam ordinandum simoniā committere, si presentatori suo aliquid temporale ad hoc det vel promittat, ut ad ordinates ab ipso presentetur. De quo habetur textus in cap. Ex tua, De simonia.

Quoad ministrum denique ordinatoris, notandum est: non tantum Episcopum qui ordinem confert: sed etiam ministros qui quasi accessorij, illum in ea collatione adiuuant, prohiberi aliquid etiam sponte oblatum pro illo accipere, ut videtur est in Concil. Trident. sess. 21. cap. 1. De reform. cui confonat cap. Sicut pro certo, De simonia.

monia. Aduerte vero obiter, ideo censeri simoniam committi, si ad hoc detur vel promittatur aliquid examinatori, ut aliquem approberet; quod per examinationem, & approbationem, tanquam ministrum iurisdictionis Episcopatus delegatum, facultas quadam, dispositioque acquiratur ad ordines recipiendos. Item constare quidem Notarium cui constitutum est salarium publicum pro officio exercendo, non posse quidquam exigere pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro filio, nec alia quacumque de causa, pro accessorio ad collationem ordinis, ex cap. De simonia, & Concil. Trident. loco cit.

Queritur vero, vitrum idem Notarius possit aliquid accipere, quando nullum habet stipendium sibi constitutum ab Episcopo. Communior autem sententia est ex Angelo Simonia 3. num. 22. & Sylvestro in citato dicto quinto, quod ille tunc possit aliquid exigere pro labore & expensis chartar. & cera, factis in literis dimissoriis, vel testimonialibus. De quo concilium Trid. in cit. cap. 1. statuit pro singulis eiusmodi literis, decimam partem aurei accipi posse, neque ex talibus Notarii commidis, quidquam directe vel indirecione ratione collationis ordinum, posse prouenire Episcopo: non obstantibus quibuscumq; taxis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, aut quorumcumq; locorum statutis contrariis: quæ omnia cessant ac interdicuntur.

Caterum post susceptos iam ordines ultra oblatum, & ab illo villa antecepiente pactione donatum, recipi potest sine simonia: ex glossa penult. ad cap. 1. De simonia & Syla. in fine citate questionis 8. & Nauarr. in Enchir. cap. 23. num. 101. vers. 11. Pro quo facit cap. Sicut Episcopum, 1. quæst. 2. Sed meminisse oportet nunquam censeri donationem liberaliter, non item in premium, quod immediate datur pro ordinatione: siue ante siue post eam detur: & siue Episcopus fuerit aliquo qui gratis collaturus ordinem, siue non: & siue accipiens sit ipse Episcopus collator, siue alias: & siue dans sit ei qui ordinatur, siue alias ex Syla. in verb. Simonia quæst. 6. Qua tamen in re ignorantia probabilitas, ut & in aliis, excusat a peccato, & a pena illud sequente: adeo ut non suspendatur ab ordine, pro cuius ordinatione data est pecunia ipso inscio; vel ipso conscientia qui dem, sed contradicente: nisi postea certior redditur de facto, ratificet illud. De quo Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 68. sub finem: pro eo que faciunt ante habita num. 178. Nonnulla dubia postulant hic adhuc moueri: quibus facilius oportet paucis.

Solutio aliquot dubiorum.

PRIMVM DVBIVM EST. An simonia committatur dando pecuniam Episcopo ne ordinetur aliquem. Ad quod ex Syla. quidem in cit. quæst. 8. dicto 5. simpliciter respondendum est affirmatiue: argumento cap. Nemo, Desimonia. Sed iuxta ea quæ Suarez in eod. memorato lib. 4. cap. 22. late disputat de omissione actuum spiritualium, an ea possit esse materia simoniae; videtur distinctione verendum: ac dicendum si talis omissione sit nuda negatio liberi vnius potestatis ordinandi: pro ea premium accipere, non esse simonianam: quia illud pro quo accipitur, quodque sic venditur, est tantum libertas naturalis agendi vel non agendi: perinde ac si quis accipiat premium vt non dicat Missam, quod est liberum. Sinautem omissione annexa sit vnius potestatis spiritualis; adeo ut tantum in hac habeat estimationem, efficaciamque moralem, simonia est pro ea premium accipere, quia tota ratio dandi sumitur ex eadem spirituali potestate, ipsaque est proprietas quam principalius datur. Caterum huius posterioris modi, omissione esse deprehenditur ex effectis proportionatis potestatis ordinandi quibus annexa est: quales effectus sunt: non admittere ordinandum ad examen consuetum, aut examinationum non permittere inscribi in catalogo ordinandorum, aut inscriptum repudiare, offerentem se cum certis ordinandis.

ALTERVM DVBIVM EST. An simonia sit, dare aliquid temporale ianitorie vt ordinandum introducat ad Episcopum pro literis dimissoriis, vel ordine, vel alio spirituali petendo vel obtinendo. Ad quod respondetur,

cum Angelo in verbo Simonia 3. num. 25. non esse simonianam, nisi ea intentione detur vt per intercessionem introducentis, res spiritualis obtineatur, aut introducens aliquid plus exigat ratione ordinis, alteriusve rei spiritualis obtinende, quam alioqui exiget pro obsequio, quod exhibet.

TERTIM DVBIVM EST. An simonia committatur qui dat alteri pecuniam, vt suis precibus intercedendo, proceret ei ordinem aut beneficium conferri. Ad quod Sotus lib. de iust. & iure q. 7. art. 3. sub in iustum, absolute quidem responderet non esse simonianam ex parte Praelati habentis intentionem gratis dandi, quamvis ad datum inducatur precibus intercessoris recipientis pecuniam. Sed cum Nauarr. in Enchir. cap. 23. num. 106. posse plures alio, quorunq; ipse ibid. meminit, videtur distinctione respondendum. Necepsis pro quo interceditur, det pecuniam intercessori pro obtinendo ordine, vel beneficio, tunc simonianam committit: quia emere intercessionem quaordo vel beneficium obtinetur, est emere ipsum ordinem vel beneficium. Qua ratione concedimus soto, patia esse, dare pecuniam intercessori & collatori. Si vero det pecuniam intercessori; non quidem pro obtinendo ordine vel beneficio per intercessionem ipsius: sed pro labore industria & diligencia, qua tale negotium procurat, vel pro expensis, vel pro domino quod illi emergit aut lucrum quod illi celatur, non esse simonianam quia sic non emittur intercessio pro ordine vel beneficio obtinendo; sed emitur vt recte ibid. sit Nauarr. aliquid ante dictorum quod intercessori non tenetur gratis praestare. In hocque distinguuntur intercessor & collatore, quod collator pro suo etiam labore in conferendo ordine, vel beneficio, non possit licite pecuniam accipere: intercessor vero possit, dummodo tamen non accipiat plus quam meretur eius labor & industria, iuxta dicenda in fine sequentis capituli.

C A P V T XV.

De peccato simoniae prout committitur in re spirituali effectu.

S V M M A R I V M.

- 205 *Quæ comprehendantur nomine rei spiritualis effectu.*
- 206 *Quatenus simonia committatur in re quæ sunt potestatis ordinis.*
- 207 *Quatenus officia minorum ordinum vendere simoniacum sit.*
- 208 *Quatenus sine simonia possit pro sepultura accipi pecunia.*
- 209 *Varietas actuum qui procedunt ex Ecclesiasticis iurisdictionibus.*
- 210 *Simoniacion est pecuniam dare pro actu communicandi Ecclesiasticis iurisdictionem.*
- 211 *Similiter pro actu exercendi eiusmodi iurisdictionem.*
- 212 *Quod procedit etiam istius actus veretur in temporali materia.*
- 213 *Non item si respectu illius temporale accipiat ex consuetudine laudabilis: vt respectu iurisdictionis quæ sit à Prelato.*
- 214 *Aut in penam, vt cum de penitio datur in gradibus confundatur: aut per modum compositionis, vt cum dispensatur in voto faciendo opus aliquod pium.*
- 215 *Aut in iustitiam prout accipitur a concionatore.*
- 216 *Potesit quis locare suas operas, ac stipendium accipere pro labore exercendi actus aliorum officiorum Ecclesiasticorum.*
- 217 *Quomodo accipendum sit, quod in Romana curia quedam officia Ecclesiastica vendantur.*
- 218 *Quatenus licet aut non licet pecuniam dare pro interventu apud Papam aut alium Prelatum, prout initia vel gratia ab eis obtinenda.*
- 219 *Quatenus licet aut non licet pecuniam dare pro interventu apud Papam aut alium Prelatum, prout initia vel gratia ab eis obtinenda.*
- 220 *Quatenus licet post ostentant, tempore dare in quorum interventu obiecta est.*

NON IN REI SPIRITALIS EFFECTU COMPREHENDANTUR PRIMOILLA, QUÆ EX GRATIA DEI, & VIRTUTIBUS SUPERNATURALIBUS PROFICIUNTUR; VT OMNIA OPERA MERITOIA, IMPETRATORIA, & SATISFACTORIA: PRO QIBUS VT TALIA SUNT, CUM PROCEDANT A DIVINA GRATIA, IN CA-